1. תִּקָּחֶנָּה. *Assumes eam.* Οʹ. κτήσῃ αὐτήν. Ἀ. Θ. λήψῃ..[1]

וְלָקַחְתָּ לְךָ. *Et assumes tibi.* Οʹ. καὶ λήψῃ ※ Ἀ. Θ. σεαυτῷ ◄.[2]

---

[20] Codd. 86, 88. Cf. Hex. ad Jerem. xxxii. 9. [21] Cod. 86, teste De Reg. Parsons. e Codd. 86, 88 exscripsit: ἕως] Σ. ἐκ. [22] Codd. 86, 88. Syro-hex. ܣ. ܡܫܘܚܠܦܐ ♦ (διηρτισμένον?). [23] Cod. 62 in textu: καὶ αὐτὸ ἐν β. κ. [24] Codd. 86, 88. [25] Iidem. In textu obelus est in Cod. 87, Syro-hex. [26] Cod. Jes. Sic in textu, nisi ἑαυτῶν, Codd. 22, 23, 36, alii. Codd. 87, 88: ※ τὸν ἄ. αὐτῶν ◄ ἀκάθαρτα. Syro-hex.: ※ τὸν ἄρτον ◄ αὐτῶν ἀκάθαρτον. [27] Sic Ald., Codd. 22, 23, 36, alii, et Syro-hex. [28] Syro-hex. ܣ. ܡܢ ܓܘܫܡܐ ܕܥܡܡܐ ♦. [29] Hieron.: "Juxta Aquilam tertio detestatus est, *Ah! ah! ah!* Juxta Sym. vero et LXX respondit, μηδαμῶς, quod Latine dicitur, *nequaquam;* pro quo Theod. transtulit, *O Domine Deus!*" Cf. Hex. ad Jos. vii. 7. [30] Codd. 86, 88. Sic in textu Codd. 22, 23, 36, alii. [31] Sic Comp., Ald., Codd. II (in marg.), III, XII, 26, 49, alii, et Syro-hex. Duplex lectio, ἕωλον καὶ β., est in Codd. 22, 23, 36, aliis. [32] Codd. 86, 88. Cf. Hex. ad Levit. vii. 18. [33] Cod. Jes. [34] Cod. 86, teste De Reg. [35] Hieron.: "Verbum Hebraicum MATE prima Aquilae ed. *baculum*, secunda et Sym. Theodotioque στερέωμα, id est, *firmamentum*, interpretati sunt." Codd. 86, 88: Ἀ. ῥάβδον ἄρτου. [36] Codd. 86, 88. [37] Syro-hex. ܣ. ܥܡ ܡܘܥܩܐ ܐܝܟ ܕܚܣܝܪܝܢ ܠܚܡܐ ܘܡܝܐ. ܢܬܟܪܘܢ ♦. (Norberg. prave exscripsit ܥܡ ܡܘܥܩܐ, *cum violentia*, et in fine ܠܬܒܪܐ ܕܗܘܢ, *confractio eis.*) Lectio manca esse videtur, cujus prior pars ܥܡ ܡܘܥܩܐ (μετὰ ἀκηδίας, Psal. cxviii. 28 in Syro-hex.) fortasse ad בִּדְאָגָה pertinet. Cf. locum parallelum Cap. xii. 19. Codd. 86, 88 afferunt: Σ. λιπόμενος (sic). [38] Cod. 86. [39] Syro-hex. Hieron.: "In vase quoque LXX addidere *fictili*." [40] Cod. 87, Syro-hex.

CAP. V. [1] Cod. 86, teste De Reg. [2] Cod. Jes. Sic in textu Codd. 22, 36, alii, et sub aster. Codd. 87, 88, Syro-hex.

1. מִשְׁקָל. *Ponderis.* Ο΄. σταθμίων. Ἀ. σταθμίου.[3]

וְחִלַּקְתָּם. *Et partieris eos.* Ο΄. καὶ διαστήσεις (Ἀ. Σ. Θ. μερίσεις[4]) αὐτούς.

2. שְׁלִשִׁית (in 1mo, 2do, et 4to loco). *Tertiam partem.* Ο΄. τὸ τέταρτον. Ἀ. Σ. Θ. τὸ τρίτον.[5]

תַּבְעִיר. *Combures.* Ο΄. ἀνακαύσεις. Alia exempl. ἀναλώσεις.[6]

כִּמְלֹאת יְמֵי. *Postquam impleti fuerint dies.* Ο΄. κατὰ τὴν πλήρωσιν τῶν ἡμερῶν. Σ. ἕως (s. ὡς) ἂν πληρωθῶσιν αἱ ἡμέραι.[7]

וְלָקַחְתָּ אֶת־הַשְּׁלִשִׁית. Ο΄. καὶ λήψῃ τὸ τέταρτον, ÷ καὶ κατακαύσεις αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῆς· καὶ τὸ τέταρτον ◄.[8]

לָרוּחַ. *In ventum.* Ο΄. τῷ πνεύματι. Ἀ. Σ. Θ. εἰς ἄνεμον.[9]

אָרִיק. *Evaginabo.* Ο΄. ἐκκενώσω. Σ. γυμνώσω.[10]

3. וְצַרְתָּ. *Et colligabis.* Ο΄. καὶ συμπεριλήψῃ. Θ. (καὶ) δήσεις.[11]

בִּכְנָפֶיךָ. *In laciniis tuis.* Ο΄. τῇ ἀναβολῇ σου. Ἀ. ἐν τοῖς πτερυγίοις σου. Σ. ἐν τοῖς κρασπέδοις (σου).[12] Aliter: Σ. ἐν ἄκρῳ τοῦ ἱματίου σου.[13]

4. אֶל־כָּל־בֵּית יִשְׂרָאֵל. Ο΄. ÷ καὶ ἐρεῖς ◄ παντὶ οἴκῳ Ἰσραήλ.[14]

5. זֹאת יְרוּשָׁלַםִ בְּתוֹךְ הַגּוֹיִם שַׂמְתִּיהָ וּסְבִיבוֹתֶיהָ אֲרָצוֹת. *Haec est Jerusalem; in medio gentium posui eam, et circa eam regiones.* Ο΄. αὕτη ἡ Ἱερουσαλὴμ, ἐν μέσῳ τῶν ἐθνῶν τέθεικα αὐτὴν, καὶ τὰς κύκλῳ αὐτῆς χώρας. Σ. αὕτη ἡ Ἱερουσαλὴμ, ἣν ἐν μέσῳ τῶν ἐθνῶν τέθεικα, καὶ κύκλῳ αὐτῆς χώρας.[15]

6. וַתֶּמֶר אֶת־מִשְׁפָּטַי לְרִשְׁעָה מִן־הַגּוֹיִם וְאֶת־חֻקּוֹתַי מִן־הָאֲרָצוֹת אֲשֶׁר סְבִיבוֹתֶיהָ. *Et repugnavit judiciis meis in impietatem prae gentibus, et legibus meis prae regionibus quae circa eam sunt.* Ο΄. καὶ ἐρεῖς (alia exempl. add. ÷ ἤλλαξεν ◄[16]) τὰ δικαιώματά μου τῇ ἀνόμῳ ἐκ τῶν ἐθνῶν, καὶ τὰ νόμιμά μου τῶν χωρῶν τῶν κύκλῳ αὐτῆς. Ἀ. καὶ προσήρισε τὸ κρίμα μου . . .[17] Σ. ἀντικατηλλάξαντο δὲ τῶν κριμάτων μου τὰς ἀσεβείας τὰς ἐκ τῶν ἐθνῶν, καὶ τὰ δικαιώματά μου ἐκ τῶν χωρῶν τῶν κύκλῳ αὐτῆς.[18] Θ. καὶ ἠλλάξαντο τὰ κρίματά μου . . . .[19]

כִּי בְמִשְׁפָּטַי מָאָסוּ וְחֻקּוֹתַי לֹא־הָלְכוּ בָהֶם. *Quia judicia mea repudiaverunt, et in legibus meis non ambulaverunt.* Ο΄. διότι τὰ δικαιώματά μου ἀπώσαντο, καὶ ἐν τοῖς νομίμοις μου

---

[3] Cod. 86, teste De Reg. [4] Codd. 86, 88. [5] Iidem. Nobil. in 1mo et 2do loco affert: Ἀ. Θ. τὸ τρίτον. [6] Sic Cod. 88, Syro-hex., qui in marg. affert: ◆ ܐܘܩܕ. [7] Codd. 86, 88. (Parsons. e Cod. 86 exscripsit ὡς pro ἕως, invito De Reg.) Syro-hex. ◆ ܗ. ܐܝܟ ܕܢܬܡܠܘܢ ܝܘܡܬܐ. [8] Sic cum obelo Syro-hex. Cod. 87 mendose pingit: ÷ αὐτῆς· καὶ τὸ τέταρτον ◄. Hieron.: "Pro *tribus* partibus capillorum . . . LXX quatuor partes interpretati sunt; cumque dixissent: *Quartam partem igni combures in medio civitatis, et quartam concides gladio in circuitu ejus, et quartam disperges in ventum,* quia remanebat eis quarta pars alia, addiderunt de suo: *et quartam partem assumes, et combures eam in medio civitatis.*" [9] Codd. 86, 88. [10] Cod. Jes., et Cod. Reg. bombycinus. Cf. Hex. ad Psal. xxxiv. 3. [11] Codd. 86, 88. [12] Iidem. [13] Cod. Jes. Cf. Hex. ad 1 Reg. xv. 27. Hieron. Hebraea vertit: *in summitate pallii.* [14] Sic cum obelo Syro-hex. Cod. Jes.: ÷ καὶ ἐρεῖς ◄, οὐ κεῖται παρ' Ἑβραίοις. Post πῦρ Ald., Codd. 22, 23, 36, alii, inferunt: εἰς πάντα οἶκον Ἰσραήλ; et sic sub obelo Codd. 87, 88. Secundum Hebraeam veritatem pingendum videtur: ἐξ αὐτῆς ἐξελεύσεται πῦρ ※ εἰς πάντα οἶκον Ἰσραήλ ◄· ÷ καὶ ἐρεῖς παντὶ οἴκῳ Ἰσραήλ ◄. [15] Hieron.: "Quod pulcre interpretatus est Sym.: *Haec,* inquiens, *Jerusalem, quam in medio nationum posui, et circa eam regiones, commutavit* etc." Syro-hex. affert: Σ. ἣν (sic) ἐν μέσῳ τῶν ἐθνῶν (ܐܝܕܐ ܕܒܓܘ ܥܡܡܐ ܣܡܬܗ). [16] Sic Codd. 87, 88, et sine obelo Codd. 22, 23, 36, alii. [17] Cod. 86, teste De Reg. Parsons. vero e Codd. 86, 88 exscripsit: Ἀ. καὶ προσήρισαν τὸ κ. μ. [18] Hieron. in continuatione: *Commutavit judicia mea impietatibus quas didicit a gentibus, et justificationes meas a regionibus quae sunt in circuitu ejus.* Codd. 86, 88 afferunt: Σ. ἀντικατηλλάξαντο δέ. Syro-hex. ܗ. ܫܚܠܦܘ ܕܝܢ ܕܝܢܝ ܘܥܡ ܕܝܢܝ (ܕܢܡܘܣܝ). ◆ ܕܢܡܘܣܐ ܕܡܢ ܥܡܡܐ. [19] Parsons. e Codd. 86, 88 affert: Θ. καὶ ἠλλάξαντο τὰ κρίματά (Cod. 88 δικαιώματά) μου. De Reg. e Cod. 86 falso exscripsit: Θ. καὶ ἤλλαξαν τὰ κρίματά μου.

οὐκ ἐπορεύθησαν ἐν αὐτοῖς. Σ. ὅτι τὰ νόμιμά μου ἀπεδοκίμασαν, καὶ ἐν τοῖς κρίμασί μου οὐκ ἐπορεύθησαν.[20]

7. יַעַן הֲמָנְכֶם מִן־הַגּוֹיִם אֲשֶׁר סְבִיבוֹתֵיכֶם. *Propterea quod tumultuamini* (Deo obstrepitis) *prae gentibus quae circa vos* sunt. Ο΄. ἀνθ᾽ ὧν ἡ ἀφορμὴ (Θ. οἱ λογισμοὶ[21]) ὑμῶν ἐκ τῶν ἐθνῶν τῶν κύκλῳ ὑμῶν. Ἀ. (juxta ed. 2dam): *Eo quod numerati estis in gentibus quae in circuitu vestro sunt.*[22] Σ. ἀνθ᾽ ὧν τὸ πλῆθος ὑμῶν ἐγένετο ἐκ τῶν ἐθνῶν τῶν κύκλῳ ὑμῶν.[23]

8. גַּם־אָנִי. Ο΄. Vacat. Ἀ. Θ. ※ καίγε ἐγώ ◂. Σ. ※ καὶ αὐτὸς ἐγώ ◂.[24]

9. אֵת אֲשֶׁר. Ο΄. ἃ. Ἀ. τὰ ὅσα.[25]

11. בְּכָל־שִׁקּוּצַיִךְ וּבְכָל. *In omnibus detestandis tuis, et in omnibus.* Ο΄. ἐν πᾶσι ※ Θ. τοῖς προσοχθίσμασί σου, καὶ ἐν πᾶσι ◂.[26] Σ.. τοῖς μιάσμασί σου . .[27]

וְגַם־אָנִי. Ο΄. κἀγώ. Ἀ. καίγε ἐγώ. Σ. αὐτός.[28]

אֶגְרַע. *Detraham* (oculos meos). Ο΄. ἀπώσομαί σε. Σ. συγκλάσω (s. συνθλάσω) σε.[29]

12. יָמוּתוּ. *Morientur.* Ο΄. ἀναλωθήσεται. Alia exempl. θανατωθήσεται.[30]

12. וּבָרָעָב יִכְלוּ. *Et fame consumentur.* Ο΄. καὶ ÷ τὸ τέταρτόν σου ◂ ἐν λιμῷ συντελεσθήσεται (Σ. ἀναλωθήσεται[31]).

וְהַשְּׁלִשִׁית בַּחֶרֶב יִפְּלוּ סְבִיבוֹתָיִךְ וְהַשְּׁלִישִׁית לְכָל־רוּחַ אֱזָרֶה. *Et tertia pars gladio cadet circa te, et tertiam partem in omnes ventos dispergam.* Ο΄. καὶ τὸ τέταρτόν σου εἰς πάντα ἄνεμον σκορπιῶ αὐτούς, καὶ τὸ τέταρτόν σου ἐν ῥομφαίᾳ πεσοῦνται κύκλῳ σου. Alia exempl. ※ Θ. καὶ τὸ τέταρτόν σου ἐν μαχαίρᾳ πεσεῖται κύκλῳ σου ◂, καὶ τὸ τέταρτόν σου εἰς πάντα ἄνεμον σκορπιῶ αὐτούς.[32]

אָרִיק. Ο΄. ἐκκενώσω. Σ. γυμνώσω.[33]

13. וַהֲנִחוֹתִי חֲמָתִי. *Et quiescere faciam furorem meum.* Ο΄. καὶ ἡ ὀργή μου. Ἀ. Σ. Θ. ※ καὶ καταπαύσω ◂ (τὴν ὀργήν μου).[34]

וְהִנֶּחָמְתִּי. *Et consolabor me.* Ο΄. Vacat. ※ Θ. καὶ παρακληθήσομαι ◂.[35]

14. וּלְחֶרְפָּה בַּגּוֹיִם אֲשֶׁר סְבִיבוֹתַיִךְ. *Et in opprobrium inter gentes quae circa te* sunt. Ο΄. καὶ τὰς θυγατέρας σου κύκλῳ σου. Ἀ. Σ. Θ. Ο΄. καὶ εἰς ὄνειδος ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς κύκλῳ σου.[36]

---

[20] Hieron. in continuatione: *Quia legitima mea reprobaverunt, et in judiciis meis non ambulaverunt.* [21] Codd. 86, 88. Pro ἀφορμή, μορφή legunt Codd. 22, 36, alii, et Theodoret., qui enarrat: ἐπειδὴ γὰρ τὸν τῶν ἐθνῶν ἀνεμάξασθε χαρακτῆρα. [22] Hieron. [23] Idem: "Pro eo quod nos interpretati sumus: *Quia superastis gentes quae in circuitu vestro sunt,* Sym. transtulit: *Quia multitudo vestra fuit ex gentibus quae in circuitu vestro sunt.*" Syro-hex. affert: Σ. τὸ πλῆθος ὑμῶν ἐγένετο (ܣܘܓܐܐ ܕܝܠܟܘܢ ܗܘܐ). [24] Codd. 86, 88 (sine Θ.). Cod. 62 in textu: καίγε ἐγὼ καὶ ποιήσω. Cod. 87, Syro-hex.: καὶ ἐγὼ ποιήσω. [25] Cod. 86, teste De Reg. [26] Cod. Jes. Sic Comp., Ald., Codd. 22, 23 (cum προσοχθήμασι), 26, 36, alii, et sub aster. Codd. 87, 88, Syro-hex. [27] Syro-hex. ◆ ܣ. ܛܘ̈ܫܦܝܟܝ. Cf. Hex. ad Jerem. xxxii. 34, ubi in textu LXXvirali pro τὰ μιάσματα Noster ܛܘ̈ܫܦܐ dedit. [28] Cod. 86, teste De Reg. [29] Syro-hex. ◆ ܣ. ܐܬܒܪܟܝ. Scilicet Sym. interpretatus est אֶגְדַּע, *succidam,* quod in nonnullis libris legitur. Hieron.: "*Confringam* (sive juxta LXX, *abjiciam*) *te.*" [30] Sic Codd. 22, 48, alii, fortasse ex Symmacho.

[31] Codd. 86, 88. Obelus est in Syro-hex., qui pingit: ÷ καὶ τὸ τ. σου ◂. [32] Sic (cum ※ pro ※ Θ.) Syro-hex. Montef. e Cod. Jes. affert: ※ Θ. τὸ τ. σου ἐν μ. πεσεῖται. Hieron.: "Hoc quod posuimus: *Et quarta pars tui in gladio cadet,* de Theodotionis editione sub asteriscis additum est." Praeterea Montef. ex eodem cod. edidit: ※ Ἀ. καὶ τὸ τ. σου εἰς π. ἄνεμον σκορπιῶ αὐτούς. Locum sic exhibent Codd. 22, 36, alii: (Cod. 87: ※) καὶ τὸ τ. σου πεσοῦνται ἐν ῥομφαίᾳ (Codd. 87, 88: ἐν ῥ. πεσοῦνται) κύκλῳ σου (◂), cetera ut in Syro-hex. [33] Codd. 86, 88. Cf. ad v. 2. [34] Cod. 86. [35] Cod. Jes. Sic in textu Comp., Ald., Codd. 22, 23, alii, et sub aster. Codd. 87, 88, Syro-hex. Cod. 86 affert: Ἀ. Σ. Θ. Ο΄. παρακληθήσομαι. [36] Cod. 86, et, om. Ο΄, Cod. 88. Eadem in textu lectioni τῶν Ο΄ praemittunt Codd. 22, 23, 36, alii, et sub aster. Codd. XII, 87 (cum ὀνειδισμὸν pro ὄνειδος), 88 (idem), et Syro-hex. (qui pingit: καὶ εἰς ὄνειδος (s. ὀνειδισμὸν) ※ ἐν τοῖς ἔ. τοῖς κ. σου ◂). Hieron.: "Quodque sequitur, *et in opprobrium gentibus quae in circuitu tuo sunt,* in LXX non habetur, pro quo addiderunt de suo, *et filias tuas in circuitu tuo.*"

15. וּגְדוּפָה. *Et convicium.* Ο΄. καὶ δηλαϊστή (alia exempl. δηλαία; alia, δειλαία; alia, δήλη[37]). Ἀ. Σ. Θ. (καὶ) βλασφημία.[38]

מוּסָר וּמְשַׁמָּה. *Exemplum et stupor.* Ο΄. Vacat. ※ Θ. παιδεία καὶ ἀφανισμός ◂.[39] Σ... καὶ ἀπορία.[40]

בְּאַף וּבְחֵמָה וּבְתֹכְחוֹת חֵמָה. *In ira, et in iracundia, et in castigationibus iracundiae.* Ο΄. ※ Θ. ἐν ὀργῇ καὶ θυμῷ ◂,[41] καὶ ἐν ἐκδικήσει θυμοῦ μου.

16. אֶת־חִצֵּי הָרָעָב הָרָעִים בָּהֶם. *Sagittas famis malas in eos.* Ο΄. (τὰς) βολίδας (Ἀ. Σ. Θ. (τὰ) βέλη[42]) τοῦ λιμοῦ ἐπ᾽ αὐτούς. Alia exempl. τὰς βολίδας τοῦ λιμοῦ ※ τὰς πονηρὰς ◂ ἐπ᾽ αὐτούς.[43] Θ. τὰ βέλη τὰ πονηρὰ ἐν αὐτοῖς.[44]

אֲשֶׁר־הָיוּ לְמַשְׁחִית. *Quae erunt in perniciem.* Ο΄. καὶ ἔσονται εἰς ἔκλειψιν. Θ. ἃ ἐγένοντο εἰς διαφθοράν.[45]

אֲשֶׁר־אֲשַׁלַּח אוֹתָם לְשַׁחֶתְכֶם וְרָעָב אֹסֵף עֲלֵיכֶם. *Quas mittam ut perdam vos, et famem augebo super vos.* Ο΄. Vacat. Ἀ. ※ (ἃ) ἀποστελῶ αὐτὰ διαφθεῖραι ὑμᾶς, καὶ λιμὸν συνάξω ἐφ᾽ ὑμᾶς ◂.[46]

16. לָכֶם. Ο΄. Vacat. Ἄλλος· ※ ὑμῖν ◂.[47]

17. רָעָב. *Famem.* Ο΄. λιμόν. Σ. ῥομφαίαν.[48]

וְשִׁכְּלֻךְ. *Et orbabunt te.* Ο΄. καὶ τιμωρήσομαί σε. Σ. ἃ ποιήσουσί σε ἄτεκνον.[49]

יַעֲבָר־בָּךְ. *Transibit per te.* Ο΄. διελεύσονται ἐπὶ σέ. Σ. ὁδεύσει διὰ σοῦ.[50]

CAP. VI.

2. שִׂים. *Pone.* Ο΄. στήρισον. Ἀ. Σ. θές. Θ. τάξον.[1]

3. לָאֲפִיקִים. *Vallibus.* Ο΄. καὶ ταῖς φάραγξι. Ἀ. καὶ τοῖς χειμάρροις.[2] Σ. *et perfectis.*[3] Θ. *scaturiginibus.*[4]

אֲנִי. Ο΄. ἐγώ. Ἀ. (ἐγὼ) ※ εἰμι ◂. Σ. (ἐγὼ) ※ αὐτός ◂.[5]

4. וְנָשַׁמּוּ מִזְבְּחוֹתֵיכֶם וְנִשְׁבְּרוּ חַמָּנֵיכֶם. *Et vastabuntur altaria vestra, et confringentur simulacra vestra.* Ο΄. καὶ συντριβήσονται (※ Πάντες· ἀφανισθήσονται[6]) τὰ θυσιαστήρια

---

[37] Prior lectio est in Codd. III, 36, 48; secunda in Ald., Codd. 42, 49, aliis; tertia in Codd. 22, 23, 51, 87, 88, Theodoret. et Syro-hex. (ܘܡܣܟܢܬܐ, non, ut Norberg. exscripsit, ܘܡܣܟܢܝܬܐ, *miserabilis*, quae vox nulla est. Verum vidit Drach). Hieron.: "Δηλαϊστὴν vel δηλαίαν quidam *infelicem* et *miseram*, alii *perspicuam* et *expositam ad miserias* intelligi volunt." [38] Cod. 86, teste De Reg. Montef. edidit: Ἀ. Σ. βλασφημία, ex Hieron., cujus verba sunt: "*Et eris opprobrium et blasphemia*... pro quo in LXX legitur: *Et erit* (*eris*) στενακτή, id est, *gemibilis;* et de Theodotione additum est, καὶ δηλαϊστή, cujus verbi notitiam non habemus. Pro quo tres (?) alii interpretes *blasphemiam* transtulerunt." [39] Cod. Jes. De Reg. e Cod. 86 affert: Ἀ. Θ. παιδεία καὶ ἀφ. Codd. 87, 88 (sine ※), et Syro-hex. legunt et pingunt: ※ καὶ δήλη παιδεία (Syro-hex. παιδείᾳ, ܒܡܪܕܘܬܐ) καὶ ἀφανισμός ◂. Codd. 22, 36, alii, et Theodoret.: καὶ δήλη (s. δηλαία) παιδείᾳ καὶ ἀφανισμῷ (-μοῖς Theodoret.). Denique Cod. 147, quem imitatus est Grabius: καὶ δειλαία τῇ παιδείᾳ· καὶ ἀφανισμός. [40] Syro-hex. ܣ. ܘܥܘܩܐ ◂. [41] Cod. Jes. Sic in textu Ald., Codd. 68, 86, alii, et (cum καὶ ἐν θ.) Comp., Codd. III, 22, 26, alii. Codd. 87, 88, Syro-hex.: ※ ἐν ὀργῇ μου, καὶ ἐν θ. ◂. Mox post θυμοῦ μου Codd. 22, 36, alii, inferunt: καὶ ἐν ἐλέγχοις, fortasse ex alio interp. [42] Codd. 86, 88. [43] Sic Codd. XII, 87, 88, et Syro-hex. Codd. 22, 23, 36, alii: τὰς (τὰς om. Cod. 22) β. τὰς πονηρὰς τοῦ λ. [44] Cod. 86, teste De Reg. [45] Idem. Parsons. vero e Codd. 86, 88 affert: Ἀ. ἐγένοντο εἰς δ. [46] Cod. 86, teste De Reg., et sic in textu sub aster. Codd. 87, 88, Syro-hex., qui cuneolum post συνάξω pingunt. Montef. e Cod. XII affert: ※ Θ. ἀποστελῶ αὐτὰς κ.τ.ἑ. Paulo aliter Codd. 23, 36, alii: καὶ ἀποστελῶ αὐτὰς—συντάξω (sic) ἐφ᾽ ὑμᾶς. [47] Cod. 86, teste De Reg. Solus Cod. 62 affert: καὶ συντρίψω ὑμῶν (sic) στήριγμα. [48] Syro-hex. ܣ. ܣܝܦܐ ◂. [49] Idem: ܣ. ܗܠܝܢ ܕܢܥܒܕܘܢܟܝ ܕܠܐ ܒܢܝܐ (sic) ◂. [50] Codd. 86, 88 (cum ὁδεύσῃ).

CAP. VI. [1] Codd. 86, 88. [2] Iidem. Cf. ad Cap. xxxiv. 13. [3] Syro-hex. ܣ. ܠܡܫܡܠܝܐ ◂. Quid hoc significet divinare nequeo. Usus Symmachi postulat ὀχετούς, qui Nostro sunt ܐܦܩܐ. Cf. Hex. ad Psal. cxxv. 4. Ezech. xxxiv. 13. [4] Idem: ܬ. ܠܡܒܘܥܐ ◂. Cf. Hex. ad Jerem. xvii. 13. [5] Cod. 86, teste De Reg. Cod. 62 in textu: ἰδοὺ ἐγὼ εἰμι ἐπάγω. [6] Cod. 86, teste De Reg.

ὑμῶν, καὶ τὰ τεμένη ὑμῶν. ※ Ἀ. Θ. καὶ ἀφανισθήσεται τὰ θυσιαστήρια ὑμῶν, καὶ συντριβήσεται τὰ τεμένη (Ἀ. ξόανα[7]) ὑμῶν ◄.[8]

4. וְנִשְׁבְּרוּ. Ο΄. Vacat. Ἀ. Θ. καὶ συντριβήσονται. Σ. (καὶ) συγκλασθήσονται.[9]

חַלְלֵיכֶם. *Interfectos vestros.* Ο΄. τραυματίας ὑμῶν. Ἀ. ἀνῃρημένους ὑμῶν.[10]

לִפְנֵי גִּלּוּלֵיכֶם. *Coram idolis vestris.* Ο΄. ἐνώπιον τῶν εἰδώλων (Ἀ. καθαρμάτων[11]) ὑμῶν.

5. וְנָתַתִּי אֶת־פִּגְרֵי בְּנֵי יִשְׂרָאֵל לִפְנֵי גִּלּוּלֵיהֶם. *Et ponam cadavera filiorum Israelis coram idolis eorum.* Ο΄. Vacat. ※ Θ. καὶ δώσω τὰ πτώματα τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ κατὰ πρόσωπον τῶν εἰδώλων αὐτῶν ◄.[12]

6. בְּכֹל מוֹשְׁבוֹתֵיכֶם. *In omnibus habitationibus vestris.* Ο΄. καὶ ἐν πάσῃ τῇ κατοικίᾳ ὑμῶν. Ἀ... καθέδραις ὑμῶν.[13]

הַבָּמוֹת. *Loca edita.* Ο΄. τὰ ὑψηλά. Ἀ. τὰ ὑψώματα.[14]

וְיֶאְשְׁמוּ. *Et vastentur.* Ο΄. Vacat. ※ Θ. καὶ πλημμελήσουσι ◄.[15] Σ. καὶ ἀφανισθῶσι.[16]

6. וְנִשְׁבְּתוּ. *Et cessent.* Ο΄. Vacat. ※ Θ. καὶ καταπαύσουσι ◄.[17]

וְנִמְחוּ מַעֲשֵׂיכֶם. *Et deleantur opera vestra.* Ο΄. Vacat. ※ Θ. καὶ ἐξαλειφθῶσιν τὰ ἔργα ὑμῶν ◄.[18] Ἀ... ποιήματα ὑμῶν.[19]

8. וְהוֹתַרְתִּי. *Et residuum faciam.* Ο΄. Vacat. ※ Θ. καὶ ὑπολείψομαι ◄.[20]

9. נִשְׁבַּרְתִּי אֶת־לִבָּם. *Fregi cor eorum.* Ο΄. ὀμώμοκα τῇ καρδίᾳ αὐτῶν. Ἀ. Θ. συνέτριψα... Σ. συγκατέαξα...[21]

הַזּוֹנֶה אֲשֶׁר־סָר. *Scortabundum, quod recessit.* Ο΄. τῇ ἐκπορνευούσῃ ※ Θ. τῇ ἀποστάσῃ ◄.[22] Σ... τῇ ἐκνευσάσῃ.[23]

וְנָקֹטּוּ בִּפְנֵיהֶם. *Et taedio afficientur in vultu suo.* Ο΄. καὶ κόψονται πρόσωπα αὐτῶν. Ἀ. (καὶ) δυσαρεστηθήσονται...[24] Σ. ἵνα καταγνῶσιν ἑαυτῶν..[25] Θ. (καὶ) προσοχθιοῦσιν κατὰ πρόσωπον αὐτῶν.[26]

אֶל־הָרָעוֹת אֲשֶׁר עָשׂוּ. *Propter mala quae fecerunt.* Ο΄. Vacat. ※ περὶ τῶν κακιῶν ὧν ἐποίησαν ◄.[27]

---

[7] Codd. 86, 88. [8] Cod. Jes. Sic in textu Codd. 22, 23, 36 (cum ἀφανισθήσονται), alii, et (cum ※ καὶ συντριβήσεται ◄) Codd. 87, 88, Syro-hex. [9] Cod. 86, teste De Reg. Parsons. e Codd. 86, 88 exscripsit: Σ. συγκλασθήσονται. Syro-hex. affert: .ܣ. ܘܢܬܬܒܪܘܢ ♦ [10] Codd. 86, 88. [11] Iidem. Ad εἰδώλοις (v. 13) Cod. 86 affert: Ἀ. καθάρμασιν. [12] Cod. Jes. (unde Montef. mendose exscripsit: ※ Θ. καὶ δ. τὰ σώματα κ. τ. ἑ.). Sic in textu Comp., Ald., Codd. III, 22, 23, 36, alii, et sub aster. Codd. 87, 88, Syro-hex. Hieron.: "Hoc quod nos posuimus: *Et dabo cadavera filiorum Israel ante faciem simulacrorum vestrorum*, in LXX non habetur." [13] Codd. 86, 88. [14] Iidem. [15] Cod. Jes. Cod. 86, teste De Reg.: Ἀ. ※ καὶ πλημμελήσουσι. Sic in textu Codd. 22, 36, alii. Codd. 87, 88, et Syro-hex. legunt et pingunt: ※ καὶ πλημμελήσωσι (Syro-hex. ܘܢܬܒܣܪܘܢ, *et contemnantur*) τὰ θυσ. ὑμῶν, καὶ συντριβήσονται, καὶ καταπαύσουσι ◄ τὰ εἴδωλα ὑμῶν. [16] Syro-hex. .ܣ. ܘܢܬܚܒܠܘܢ ♦ Aliter Theodoret.: τὸ δὲ, πλημμελήσῃ, ἐρημωθήσῃ ὁ Σύμ. ἡρμήνευσε. [17] Cod. Jes., et, teste De Reg., Cod. 86. Sic in textu sine aster. Codd. 22, 36, alii. [18] Cod. Jes. Sic in textu Comp., Ald., Codd. III, 22 (cum ἐξαλειφθῇ), 23 (idem), 26, alii, et sub aster. Codd. 87, 88, Syro-hex. [19] Cod. 86, teste De Reg. [20] Cod. Jes. (non, ut Montef. edidit, ἀπολείψομαι). Sic in textu Comp., Codd. III, 22, 23, alii, et sub aster. Codd. 87, 88, Syro-hex. Praeterea ad ὑπολείψομαι De Reg. e Cod. 86 affert: Ἀ. διαλείψουσι; Parsons. vero ad ἐπιγνώσεσθε (v. 7): "Ἀ. διαλήψουσιν 86. Ἀ. διαλήψονται 88;" quae lectio ad נִשְׁבְּתוּ (v. 6) potius pertinere videtur. [21] Codd. 86, 88. Ad Sym. De Reg. affert: Σ. συγκ. τὴν καρδίαν αὐτῶν. Hieron.: "Multa de hoc capitulo a LXX praetermissa sunt, illudque mutatum, *Juravi cordi eorum fornicanti*, pro quo nos posuimus: *Contrivi cor eorum fornicans*." [22] Cod. Jes. (non, ut Montef., καὶ ἀπ.). Sic in textu Comp., Codd. III, 23, 26, 36, alii, et sub aster. Codd. 87, 88, Syro-hex. [23] Cod. 86, teste De Reg. [24] Codd. 86, 88. Cf. ad Cap. xx. 43. [25] Syro-hex. .ܣ. ܐܝܟܢܐ ܕܢܚܝܒܘܢ ܢܦܫܗܘܢ ♦ Cf. ad Cap. xvi. 61. [26] Codd. 86, 88. [27] Sic sine aster. Comp. (cum κακῶν), Ald., Codd. III, XII, 22 (ut Comp.), 23 (idem), alii. Codd. 87, 88, legunt et pingunt: ※ περὶ τῶν κακιῶν ὧν ἐπενόησαν ἐν πᾶσι ◄ τοῖς βδ. αὐτῶν; Syro-hex. vero: ※ περὶ τῶν κ. ὧν ἐποίησαν ἐν πᾶσι ◄ τοῖς βδ. αὐτῶν, ※ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν ◄. Posteriora sine aster. habent Codd. III, 36, 49, alii, invito Hebraeo.

10. לֹא אֶל־חִנָּם דִּבַּרְתִּי לַעֲשׂוֹת לָהֶם הָרָעָה הַזֹּאת. *Non frustra locutus sum, ut faciam iis malum hoc.* Ο΄. λελάληκα. ※ Θ. οὐκ εἰς δωρεὰν λελάληκα τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς ἅπαντα τὰ κακὰ ταῦτα ◄.[28]

11. רְקַע. *Percute.* Ο΄. ψόφησον. Σ. πάταξον.[29]

וֶאֱמָר־אָח. *Et dic: Heu!* Ο΄. καὶ εἰπόν· εὖγε, εὖγε. Ἀ. (καὶ εἰπόν·) ἆ, ἆ. Σ. καὶ σχετλίασον. Θ. (καὶ εἰπόν·) εὖγε.[30]

אֶל כָּל־תּוֹעֲבוֹת רָעוֹת. *Propter omnes abominationes malorum.* Ο΄. ἐπὶ πᾶσι τοῖς βδελύγμασιν ※ κακιῶν ◄.[31]

אֲשֶׁר. Ο΄. Vacat. Ἀ. ὅσοι. Σ. ※ τῶν ◄. Θ. ※ οἵτινες ◄.[32]

12. בַּדֶּבֶר. *Peste.* Ο΄. ἐν θανάτῳ. Ἀ. Σ. (ἐν) λοιμῷ.[33]

וְהַנִּשְׁאָר. *Et qui relictus fuerit.* Ο΄. Vacat. ※ Θ. καὶ ὁ ὑπολειφθείς ◄.[34] Οἱ λοιποί· (καὶ ὁ) περιλειφθείς.[35]

12. וְהַנָּצוּר. *Et servatus.* Ο΄. καὶ ὁ περιεχόμενος. Σ. καὶ ὁ πολιορκούμενος.[36]

יָמוּת. Ο΄. συντελεσθήσεται. Ἀ. Σ. Θ. ἀποθανεῖται.[37]

13. רָמָה. *Altum.* Ο΄. ὑψηλόν. Θ. μετέωρον.[38]

בְּכֹל רָאשֵׁי הֶהָרִים. *In omnibus verticibus montium.* Ο΄. Vacat. ※ Θ. καὶ ἐν πάσαις κορυφαῖς (Ἀ. κεφαλαῖς[39]) τῶν ὀρέων ◄.[40]

רַעֲנָן. *Viridi.* Ο΄. συσκίου. Σ. εὐθαλές (fort. εὐθαλοῦς).[41]

וְתַחַת כָּל־אֵלָה עֲבֻתָּה. *Et sub omni terebintho implexa.* Ο΄. Vacat. ※ Ἀ. Σ. Θ. καὶ ὑποκάτω πάσης δρυὸς (Ἀ. τερεβίνθου[42]) δασείας ◄.[43]

מְקוֹם אֲשֶׁר. *In loco ubi.* Ο΄. οὗ. Alia exempl. τόπον οὗ.[44] Ἀ. τόπῳ . .[45]

14. וְנָתַתִּי אֶת־הָאָרֶץ. Ο΄. καὶ θήσομαι τὴν γῆν. Ἀ. (καὶ δώσω) ※ σὺν ◄ τὴν γῆν. Σ. καὶ δώσω . .[46]

---

[28] Cod. Jes. Sic in textu Comp., Ald., Codd. III, 22, 23, 26, alii, et sub aster. Codd. 87, 88, Syro-hex. [29] Codd. 86, 88. [30] Cod. 86, teste De Reg., affert: Ἀ. ἆ ἆ ἆ σχετλίασον (sic). Hieron.: "Pro quo Aq. interpretatus est ἆ ἆ; Sym. σχετλίασον, quod significat *lamentare*, vel *plange;* LXX et Theod. εὖγε, quod magis insultantis est quam plangentis." Unde Montef. pro Hebraeo אָח Symmacho tribuit σχετλίασον, male; nam σχετλιάζειν est *quiritari*, sive *dicere, heu!* Syro-hex. ad καὶ εἰπόν· εὖγε (sic semel) affert: Σ. καὶ σχετλίασον (ܘܐܬܟܪܝ); quocum concinit Origen. a Nobilio excitatus: τὸ, καὶ εἰπὸν, εὖγε, παραφράζων ὁ Σύμ. πεποίηκε, καὶ σχετλίασον. (Locus est Opp. T. III, p. 417, ubi in editis minus bene legitur: τὸ δὲ, καὶ εἶπον (sic), εὖγε, παρ. ὁ Σ. πεποίηκεν, ἐπένθησα καὶ ἐσχετλίασα.) [31] Sic Codd. XII, 86, 87 (cum κακῶν), Syro-hex.; necnon sine aster. (cum τῶν κακιῶν) Codd. 23, 51, et (cum τῶν κατοικιῶν) Codd. 22, 36, alii. [32] Cod. 86, teste De Reg. Cod. 62 in textu: ὅσοι ἐν ῥομφαίᾳ. [33] Cod. 86, teste eodem. [34] Cod. Jes. Sic in textu Comp., Codd. III, 26, 42, alii, et sub aster. Cod. 87, Syro-hex. [35] Codd. 86, 88, (qui περιληφθεὶς scribunt.) Sic in textu Codd. 22, 23, 36, alii. [36] Syro-hex. ܣ. ܘܗܘ ܕܡܬܟܪܟ ܒܡܕܝܢܬܐ. Vulg.: *et obsessus.* (Simplex ܟܪܟ ponitur pro πολιορκεῖν Jesai. vii. 1.) [37] Codd. 86, 88. [38] Iidem. [39] Cod. 86, teste De Reg. [40] Cod. Jes. Sic in textu Comp., Ald., Codd. III, 22, 36, alii, et sub aster. Codd. 87, 88, et (cum ἐπὶ pro ἐν) Syro-hex. Hieron.: "Id quod nos interpretati sumus, *in cunctis summitatibus montium*, et post paululum, *et subter universam quercum frondosam*, LXX reliquerunt." [41] Cod. Jes. Cf. Hex. ad Psal. li. 10. Jesai. lvii. 5. [42] "Barb. [Cod. 86] ad marg. affert: Ἀ. τερεβίντῳ ἰθαρατόπῳ (sic)."—*De Reg.* Paulo aliter Parsons. e Codd. 86, 88 exscripsit: Ἀ. τερεβινθῳ. Σ. θαρατοπω. Ubi, quicquid de posteriore lectione statuatur, Aquilae certe vindicandum videtur τερεβίνθου, ut semel saltem transtulit idem interpres ad Hos. iv. 13, ubi lectionem Hexaplorum, a Gesenio in *Thes. Ling. Hebr.* p. 50 in dubium vocatam, confirmat Syro-hex. Deinde pro ἰθαρατόπῳ Drach tentat ἰθαρῷ (= καθαρῷ) τόπῳ, male; nam ἰθαρᾷ, quocunque sensu gaudeat, ad τερεβίνθῳ, τόπῳ autem ad sequens מְקוֹם pertinere, vix dubium esse potest. A scriptura Parsonsii non multum recedit σκιαρᾷ, quod tamen pro constanti ejus, et quidem accuratiore, vocis Hebraeae versione, δασείᾳ (cf. ad Cap. xix. 11. xx. 28. xxxi. 3) Aquilam posuisse non facile crediderim. [43] Cod. Jes. Sic in textu Comp., Codd. III, 22, 23, 26 (sine πάσης), 36, alii, et sub aster. Cod. 88. (Ita testatur Parsons., sed asteriscum ignorant Cod. 87, Syro-hex.) [44] Sic Codd. 87, 88, Syro-hex. [45] Cod. 86, ut supra, et in textu Cod. 62. [46] Cod. 86, teste De Reg. Cod. 62: καὶ

14. שְׁמָמָה וּמְשַׁמָּה. *Vastationem et desolationem.* Ο΄. εἰς ἀφανισμὸν καὶ εἰς ὄλεθρον. Σ. ἠφανισμένην καὶ ἔτι ἀφανιζομένην.[47]

CAP. VII.

2. כַּנְפוֹת. *Oras* (extremitates). Ο΄. πτέρυγας. Σ. ἄκρα.[1]

3. כִּדְרָכַיִךְ. *Secundum vias tuas.* Ο΄. ἐν ταῖς ὁδοῖς σου. Σ. Θ. κατὰ τὰς ὁδούς σου.[2]

אֵת כָּל־תּוֹעֲבֹתָיִךְ. Ο΄. πάντα τὰ βδελύγματά σου. 'Α. ※ σὺν ◄ πάντα . . .[3]

4. עָלַיִךְ אֶתֵּן. Ο΄. ἐπὶ σὲ δώσω. Σ. θήσω σοι.[4]

5. כֹּה אָמַר אֲדֹנָי יֱהֹוִה רָעָה אַחַת רָעָה הִנֵּה בָאָה. *Sic dixit Dominus Jova: Calamitas, unica calamitas, ecce! venit.* Ο΄. διότι τάδε λέγει ('Α. Σ. Θ. ἀδωναΐ[5]) κύριος· ※ Θ. κακία (Σ. κάκωσις[6]) μία, κακία ἰδοὺ πάρεστι.[7]

6. קֵץ בָּא בָּא הַקֵּץ הֵקִיץ אֵלָיִךְ הִנֵּה בָּאָה. *Finis venit, venit finis, expergiscitur contra te, ecce! venit.* Ο΄. ἰδοὺ τὸ πέρας ἥκει. ※ Θ. τὸ πέρας ἥκει, ἥκει ('Α. ἦλθεν, ἦλθεν[8]) τὸ πέρας, ἐξηγέρθη πρὸς σέ ◄.[9]

7. בָּאָה הַצְּפִירָה אֵלֶיךָ. *Venit orbis* (rerum vicissitudo) *ad te.* Ο΄. ÷ ἥκει τὸ πέρας ◄,[10] ※ Θ. ἰδοὺ ἥκει ἡ πλοκὴ ◄[11] ἐπὶ σέ. 'Α. Σ. . προσκόπησις . . Aliter: 'Α. . συστολή . .[12]

בָּא הָעֵת קָרוֹב הַיּוֹם. *Venit tempus, instat dies.* Ο΄. ἥκει (alia exempl. ἐνέστηκεν[13]) ὁ καιρὸς, ἤγγικεν ἡ ἡμέρα. Σ. . *et tempus prope est, dies.* Θ. *Venit tempus, prope est dies.*[14]

מְהוּמָה וְלֹא־הֵד הָרִים. *Perturbationis, et non laeti clamoris in montibus.* Ο΄. οὐ μετὰ θορύβων, οὐδὲ μετὰ ὠδίνων. 'Α. φαγεδαίνης, καὶ οὐκ ἐπιδοξότης.[15] Σ. *festinationis, et non recrastinationis.*[16] Θ. *famis, et non gloriae montium.*[17]

δ. σὺν τ. γ. Parsons. male exscripsit: Σ. δώσω 86, 88. 'Α. συνθήσομαι 86. [47] Syro-hex. ܗ̇ܝ ܕܡܬܚܒܠܐ ܘܥܕܟܝܠ ܡܬܚܒܠܐ. Cf. ad Cap. xxxv. 3.

CAP. VII. [1] Codd. 86, 88. Cf. Hex. ad Job. xxxvii. 3. [2] Cod. 86, teste De Reg., et sic in textu Codd. 22, 23, 36, alii. (In LXX vv. 3, 4 integri, et vv. 5, 6 mutili (νῦν τὸ πέρας πρὸς σὲ—ἰδοὺ τὸ πέρας ἥκει) post v. 9 leguntur. Hieron.: "In hoc capitulo juxta LXX interpretes ordo mutatus est atque confusus, ita ut prima novissima sint, et novissima vel prima vel media, ipsaque media nunc ad extrema, nunc ad principia transferantur. Ex quo nos et ipsum Hebraicum et ceteros secuti interpretes, ordinem posuimus veritatis." Huc demum pertinet scholium ineditum ad marg. v. 8 versionis Syro-hex. char. med. appictum: [Syriac text] .) [3] Cod. 86, teste De Reg. [4] Idem. [5] Idem. [6] Hieron.: "Pro *afflictione*, quam juxta Sym., qui interpretatus est κάκωσιν, perspicuitatis causa posuimus, et in Hebraico et in Graeco κακία, vel πονηρία scribitur, id est, *malitia*." [7] Cod. Jes. Sic in textu Comp., Ald., Codd. 26, 49, alii, et (cum ἔρχεται pro πάρεστιν) Codd. 22, 23, 36, alii. Codd. 87, 88, Syro-hex.: ※ κακία μία ἰδοὺ πάρεστι (Syro-hex. in marg. char. med.: ἔρχεται). Hieron.: "*Haec dicit Dominus—qui habitas in terra.* Haec in LXX non habentur, sed in editione eorum de translatione Theodotionis sub asteriscis addita sunt." [8] Cod. 86, teste De Reg. [9] Cod. Jes. Sic in textu Comp., Ald. (cum ἥκει semel), Codd. 26, 49, alii, et sub aster. Codd. 87, 88, Syro-hex. Sic, addito in fine ἰδοὺ ἥκει τὸ πέρας, Codd. 22, 36, alii. [10] Obelus est in Cod. 87, et Syro-hex. [11] Cod. Jes. Post ἐξηγ. πρὸς σὲ Comp. (cum πλοκὴ sine artic.), Ald., Codd. 26, 49, alii, pergunt: ἰδοὺ ἥκει ἡ πλ. ἐπὶ σέ; et sic, interposito ἰδοὺ ἥκει τὸ πέρας, Codd. 22, 36, alii. [12] Cod. 86, teste De Reg.: 'Α. Σ. προσκόπησις. 'Α. συστολή, ex duplici, ut videtur, editione. Hieron.: "Venit *contractio* [συστολή], quae in Hebraico dicitur SEPHPHIRA, et quam Aq. interpretatus est προσκόπησιν, id est, *contemplationem* et *prospectionem*, quam semper pavida tibi venire metuebas; et quam interpretatus est Theod. πλοκήν, id est, *ordinem contextumque* malorum omnium." [13] Sic Codd. 22, 23, 36, alii. Fortasse est Theodotionis. Cf. ad Cap. xxii. 4. [14] Hieron. [15] Parsons. ad θορύβου (v. 11) notat: "'Α. φαγεδαίνης καὶ οὐκ ἐπιδοξότης (86 ad v. 7), 88." De Reg. non nisi ad v. 11 lectionem affert, quae tamen ad v. 7 aut pariter aut unice pertinere videtur. Ad φαγέδαινα cf. Hex. ad Deut. vii. 23. xxviii. 20; ad ἐπιδοξότης pro Hebraeo הוֹד cf. Hex. ad Psal. xliv. 4. [16] Hieron.: "Verbum Hebraicum ADARIM, quod nos in duo verba divisum, primum AD, secundum ARIM, juxta Theod. *gloriam montium* interpretati sumus, Sym. vertit in *recrastinationem*, dixitque . . *dies festinationis, et non recrastinationis*." Syro-hex. affert: ܣ. ܘܠܐ ܥܡ ܫܘܚܠܦܐ, Graece fortasse: Σ. οὐδὲ μετὰ ὑπερθέσεως. Cf. Hex. ad Thren. ii. 2. [17] Hieron. In

10. הִנֵּה הַיּוֹם הִנֵּה בָאָה יָצְאָה הַצְּפִרָה צָץ הַמַּטֶּה פָּרַח הַזָּדוֹן. *Ecce! dies, ecce! venit; exiit* (ad finem perducta est) *orbis; floret virga, pullulat superbia.* Ο'. ἰδοὺ ἡ ἡμέρα κυρίου, εἰ καὶ ἡ ῥάβδος ἤνθηκεν. Alia exempl. ἰδοὺ ἡ ἡμέρα ÷ κύει ◄, ἰδοὺ τὸ πέρας ἥκει· ※ (Θ.) ἐξῆλθεν ἡ πλοκὴ (Σ. *inspectio*), καὶ ἤνθησεν ἡ ῥάβδος· ('Α. Θ.) ἐβλάστησεν ἡ ὑπερηφανία ◄.[18]

11. הֶחָמָס קָם לְמַטֵּה־רֶשַׁע. *Violentia surgit in virgam* (castigationem) *improbitatis.* Ο'. ἡ ὕβρις ἐξανέστηκε, καὶ συντρίψει στήριγμα ἀνόμου. 'Α. ἀδικία ἀνέστη εἰς ῥάβδον ἀθεσίας. Σ. ἡ πλεονεξία ἕστηκεν εἰς πρόσκλισιν ἀνομίας.[19]

לֹא־מֵהֶם וְלֹא מֵהֲמוֹנָם. *Non* (remanebit) *ex iis, neque ex multitudine eorum.* Ο'. καὶ οὐ μετὰ θορύβου, οὐδὲ μετὰ σπουδῆς. Σ. οὐκ ἔστιν, οὐκ ἐξ αὐτῶν, οὐδὲ ἐκ τοῦ πλήθους αὐτῶν.[20] Θ. οὐκ ἐξ αὐτῶν, οὐδὲ ἐκ τοῦ πλήθους αὐτῶν.[21]

וְלֹא מֶהֱמֵהֶם וְלֹא־נֹהַּ בָּהֶם. *Neque ex opibus eorum, et nihil magnifici* erit *inter eos.* Ο'. Vacat. ※ Θ. καὶ οὐκ ἐξ αὐτῶν εἰσιν, οὔτε ὡραϊσμὸς ἐν αὐτοῖς ◄.[22] Σ. οὐδὲ ἐξ ἀχορτασίας αὐτῶν, οὐδὲ ἐκ τοῦ κάλλους αὐτῶν.[23]

12. הִגִּיעַ. *Advenit.* Ο'. ἰδού. 'Α. κατέστησεν. Σ. ※ ἐνέστη. Θ. ἔφθασεν.[24]

כִּי חָרוֹן אֶל־כָּל־הֲמוֹנָהּ. *Quia ira* est *in omnem multitudinem ejus.* Ο'. Vacat. ※ Θ. ὅτι ὀργὴ εἰς πᾶν τὸ πλῆθος αὐτῶν ◄.[25]

13. וְעוֹד בַּחַיִּים חַיָּתָם כִּי־חָזוֹן אֶל־כָּל־הֲמוֹנָהּ לֹא יָשׁוּב. *Etiamsi adhuc in viventibus* sit *vita eorum; nam visio ad omnem multitudinem ejus non revertetur.* Ο'. Vacat. ※ (Θ.) καὶ ἔτι ('Α. εἰ ἔτι[26]) ἐν ζωῇ τὸ ζῆν αὐτῶν, ὅτι ὅρασις εἰς πᾶν τὸ πλῆθος αὐτῆς οὐκ ἀνακάμψει ◄.[27] Σ. ἀλλὰ καὶ ἔτι οὐδὲ ἐν ζῶσιν ἡ ζωὴ αὐτῶν . . .[28]

14. תָּקְעוּ בַתָּקוֹעַ וְהָכִין הַכֹּל. *Clangunt clangore, et praeparant omnia.* Ο'. σαλπίσατε ἐν σάλπιγγι, καὶ κρίνατε ('Α. Θ. ἑτοιμάσατε[29]) τὰ σύμπαντα. Σ. ἐσάλπισαν οὗτοι τῇ σάλπιγγι, καὶ κατεσκεύασαν τὰ πάντα.[30]

וְאֵין הֹלֵךְ לַמִּלְחָמָה כִּי חֲרוֹנִי אֶל־כָּל־הֲמוֹנָהּ. *Nec est qui eat in praelium; nam ira mea* est *in omnem multitudinem ejus.* Ο'. Vacat. ※ Θ. καὶ οὐκ ἔστιν πορευόμενος εἰς τὸν πόλεμον, ὅτι ἡ ὀργή μου εἰς πᾶν τὸ πλῆθος αὐτῆς ◄.[31]

---

textu post ὠδίνων Cod. 62 infert ὀρέων. [18] Sic Codd. 87, 88 (uterque cum ἠσθένησεν pro ἤνθησεν), et Syro-hex. (cum ÷ ἐκύησεν ◄); quos presse secutus est Hieron., vertens: *Ecce! dies parit, ecce! finis venit; egressa est complexio* (Sym. *inspectio*), *et floruit virga; germinavit superbia.* Idem notat: "Locus difficilis, et inter Hebraicum et LXX multum discrepans, quibus pleraque de Theodotionis editione addita sunt." Cod. XII affert: ※ Θ. ἐξῆλθεν κ.τ.ἑ.; Cod. 86: 'Α. Θ. ἐβλάστησεν ἡ ὑπερηφανεία (sic). [19] Codd. 86, 88. Ad Symmachum De Reg. e Cod. 86 exscripsit πρόκλησιν, Parsons. vero e Codd. 86, 88, πρόσκλησιν. Sed vera Symmachi manus est πρόσκλισις (a נָטָה, *inclinavit*), quam opportune restituit Syrus noster, in lectione egregia a Norbergio praetermissa: ܣ. ܠܡܨܠܢܘܬܐ ܕܥܘܠܐ (cum ܠܡܨܠܢܘܬܐ in rasura char. med.). Cf. nos ad Psal. xxxix. 5, not. 8. [20] Syro-hex. in continuatione: ܠܐ ܐܝܬ. ܠܐ ܡܢܗܘܢ ܘܠܐ ܡܢ ܣܘܓܐܐ ܕܝܠܗܘܢ. [21] Cod. 86, teste De Reg., qui praeterea affert: 'Α. φαγεδαίνης, καὶ οὐκ ἐπιδοξότης. Sed vid. ad v. 7. [22] Cod. Jes. Sic in textu Comp., Ald., Codd. III, 22 (om. εἰσιν), 23, 26, alii, et sub aster. Codd. 87, 88, Syro-hex. Hieron. ex Theodotione: *Et non ex ipsis sunt, neque pulcritudo in eis.* [23] Syro-hex. in continuatione: ܘܠܐ ܡܢ ܠܐ ܡܣܬܒܥܢܘܬܗܘܢ. ܘܠܐ ܡܢ ܫܘܦܪܐ ܕܝܠܗܘܢ. Cf. Hex. ad Prov. xv. 16. Cod. 86, teste De Reg., affert: Σ. ἐκ τοῦ κάλλους. [24] Codd. 86, 88. Asteriscum exhibet De Reg. [25] Cod. Jes. Sic in textu Comp., Ald., Codd. III, 22, 23, 36, alii (quorum nonnulli διότι pro ὅτι habent), et sub aster. Cod. 87 (cum διότι), Syro-hex. Hieron.: "Hoc in LXX non habetur." [26] Codd. 86, 88. [27] Cod. Jes. (nisi οὐκέτι pro ἔτι). Sic in textu Comp. (cum τὸ πλῆθος αὐτῶν), Ald. (cum καὶ οὐκέτι), Codd. III, 22, 23, 36, alii, et sub aster. Codd. 87, 88, Syro-hex. Codd. 86, 88: Θ. ἀνακάμψῃ (sic). Hieron.: "Sed nec isti duo versus habentur in LXX editione." [28] Codd. 86 (teste De Reg., non οὐδὲ ἐκ ζώων, ut Parsons. exscripsit), 88. Copula accessit ex Syro-hex., qui affert: ܣ. ܐܠܐ ܘܥܕܟܝܠ ܘܠܐ ܒܚܝܐ ܚܝܝܗܘܢ ܕܝܠܗܘܢ. [29] Codd. 86, 88. [30] Syro-hex. ܣ. ܩܪܘ ܗܠܝܢ ܒܩܪܢܐ ܘܛܝܒܘ ܟܠ. [31] Cod. Jes., teste Parsonsio. (Montef. edidit: ※ Θ. καὶ οὐκ ἔστιν ὁ π. εἰς πόλεμον κ.τ.ἑ.) Sic in textu Comp. (cum αὐτῶν pro αὐτῆς), Ald. (cum ἔσται π. εἰς πόλ.

15. יֹאכְלֶנּוּ. *Consumet eum.* Ο΄. συντελέσει. ᾿Α. καταφάγεται (αὐτόν).[32]

16. וּפָלְטוּ פְּלִיטֵיהֶם. *Et evadent fuga elapsi eorum.* Ο΄. καὶ ἀνασωθήσονται οἱ ἀνασωζόμενοι ἐξ αὐτῶν. Σ. καὶ οἱ ἐκφεύγοντες ἐξ αὐτῶν, οἵτινες ἐὰν ἐκφύγωσιν ἐξ αὐτῶν.[33]

כְּיוֹנֵי הַגֵּאָיוֹת. *Sicut columbae convallium.* Ο΄. Vacat. ※ Θ. ὡς περιστεραὶ μελετητικαί ◂.[34] ᾿Α. . . τῶν φαράγγων. Σ. . . ἐν φάραγξιν.[35]

כֻּלָּם הֹמוֹת אִישׁ בַּעֲוֹנוֹ. *Omnes gemunt, unusquisque in iniquitate sua.* Ο΄. [καὶ] πάντας ἀποκτενῶ, ἕκαστον ἐν ταῖς ἀδικίαις αὐτοῦ. Θ. πᾶσαι γογγύζουσαι ἑκάστη ἐν τῇ ἀδικίᾳ αὐτῆς.[36]

17. וְכָל־הַבִּרְכַּיִם תֵּלַכְנָה מָּיִם. *Et omnia genua fluent aquis.* Ο΄. καὶ πάντες μηροὶ μολυνθήσονται ὑγρασίᾳ. Σ. καὶ πάντα γόνατα ῥεύσει ὕδατα.[37] ῾Ο ῾Εβραῖος· παραλυθήσονται ὡς ὕδωρ.[38]

19. לְנִדָּה יִהְיֶה. *In abominationem erit.* Ο΄. ὑπεροφθήσεται. ᾿Α. εἰς χωρισμόν . . Σ. εἰς σίκχος ἔσται. Θ. εἰς ἀκαθαρσίαν . .[39]

כַּסְפָּם וּזְהָבָם לֹא־יוּכַל לְהַצִּילָם בְּיוֹם עֶבְרַת יְהוָה. *Argentum eorum et aurum eorum non valebit servare eos in die furoris Jovae.* Ο΄. Vacat. ※ Θ. τὸ ἀργύριον αὐτῶν καὶ τὸ χρυσίον αὐτῶν οὐ δυνήσεται ἐξελέσθαι αὐτοὺς ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς κυρίου ◂.[40]

לֹא יְשַׂבֵּעוּ. *Non saturabunt.* Ο΄. οὐ μὴ ἐμπλησθῶσι. Θ. οὐ χορτασθήσεται.[41]

מִכְשׁוֹל. *Offensio.* Ο΄. βάσανος. ᾿Α. Σ. σκάνδαλον. Θ. κόλασις.[42]

20. וּצְבִי עֶדְיוֹ לְגָאוֹן שָׂמָהוּ. *Et decus mundi sui in superbiam vertit.* Ο΄. ἐκλεκτὰ κόσμου εἰς ὑπερηφανίαν ἔθεντο αὐτά. Σ. (καὶ) τὸν κόσμον τῶν περιθεμάτων αὐτῶν ἕκαστος εἰς ὑπερηφανίαν ἔταξεν.[43]

ὅτι ὀργή μου ἐπὶ πᾶν), Codd. III, 22, 23, 26, alii, et sub aster. Codd. 87, 88, Syro-hex. Hieron.: "Et haec in LXX non habentur." [32] Codd. 86, 88. [33] Syro-hex. bifariam affert: [illegible] (Ad syntaxim [illegible] cf. Rördam in *Dissertatione* etc. p. 41.) Codd. 86, 88: Σ. οἱ ἐκφεύγοντες. [34] "MS. Jes. ὡς περιστερὰ μελετ- (sic)."—*Montef.* Rectius Parsons. ex eodem exscripsit: ως περιστεραι μελετητι και παντας, accinente Cod. Alex., qui pingit: ως π. μελετητι· και παντας, male pro ὡς π. μελετητικαί· πάντας, quam lectionem exhibent Codd. 22, 23, 36, alii, et sub aster. Codd. 87, 88, Syro-hex. (In posteriore Norberg. edidit: [illegible], vertens, *sicut columbae concreditae* ([illegible]). Bernstein. in *Zeitschrift* etc. T. III, p. 408 tentat [illegible], *negligentes, incuriosae*, suspicans Syrum interpretem in apographo suo falsam scripturam μελλητικαί invenisse, quae ipsa in Cod. 42 hodie reperitur. Frustra; nam Graeca vox μελλητικὸς non *negligens* aut *incuriosus*, sed *cunctabundus* sonat. Quid, quod egregius codex noster non [illegible], sed una literula auctiorem scripturam [illegible], *gemebundae*, rectissime exhibet. Similis est locus Jesai. xxxviii. 14, καὶ ὡς περιστερὰ, οὕτω μελετῶ (אֶהְגֶּה), ubi Noster quidem nimis serviliter [illegible] posuit (ut in hoc ipso loco interpres S. Cyrilli in Lucam Hom. CXXXI: [illegible]), alter autem Syrus [illegible].)

Hieron.: "LXX *columbas convallium*, sive ut Theod. transtulit, *meditantes*, omnino tacuerunt." [35] Cod. 86, teste De Reg. Parsons. falso exscripsit: ᾿Α. ἐπὶ τῶν φ., ad ἐπὶ τῶν ὀρέων lectionem aptans. [36] Hieron.: "Hocque quod nos interpretati sumus: *Omnes trepidi, unusquisque in iniquitate sua*, Theod. transtulit ita: *Omnes mussitantes, unaquaeque in iniquitate sua.*" Phavor. p. 430: Γογγύζειν ἐπὶ περιστερᾶς λέγεται, σημαίνει δὲ τὸ τονθορίζειν. [37] Syro-hex. [illegible] Codd. 86, 88: Σ. ῥεύσει ὕδατα. Cf. ad Cap. xxi. 7. [38] "Sic MS. Reg. bombycinus, et Coislin., et scholion Rom. editionis."—*Montef.* Locutionem Hebraeam, sive potius versionem LXXviralem, aliter declarat Hieron., probantibus Dathio et Gesenio: "Pavoris magnitudine urina polluet genua." [39] Cod. 86, teste De Reg. Parsons. e Codd. 86, 88 σίχχος pro σίκχος exscripsit. Cf. ad Cap. xi. 18. xx. 7. Hic quidem Syrus noster egregie hallucinatus est, Symmacho vindicans lectionem: [illegible], cum scholio: [illegible]. Scilicet pro εἰς σίκχος ἔσται ridiculum errorem, εἰς σίκλος ἔσται, propagavit. [40] Cod. Jes. Sic in textu Comp., Ald., Codd. 23, 49, alii, et sub aster. Codd. 87, 88, Syro-hex. Sic (cum δυνηθήσεται) Codd. 22 (sub ※), 26, 36, alii. Hieron.: "Et hoc in LXX non habetur." [41] Cod. 86. Cod. 88: Θ. οὐ χορτασθήσονται. [42] Codd. 86, 88. [43] Cod. 86. Cod. 88 affert: Σ. τὸν κόσμον—αὐτῶν.

20. שִׁקּוּצֵיהֶם. *Detestanda eorum.* Οʹ. Vacat. ※ Θ. προσοχθίσματα αὐτῶν ◄.[44] Σ. σίκχη αὐτῶν.[45]

לְנִדָּה. Οʹ. εἰς ἀκαθαρσίαν. Σ. (εἰς) σίκχος.[46]

21. לְרִשְׁעֵי. *Improbis.* Οʹ. τοῖς λοιμοῖς. Ἀ. Σ. Θ. (τοῖς) ἀσεβέσι.[47]

וְחִלְּלוּהוּ. *Et profanabunt illud.* Οʹ. καὶ βεβηλώσουσιν αὐτά. Σ. (καὶ) μιανοῦσιν . .[48]

22. וְחִלְּלוּ אֶת־צְפוּנִי. *Et profanabunt adytum meum.* Οʹ. καὶ μιανοῦσι τὴν ἐπισκοπήν μου. Ἀ. . . τὸ ἀπόκρυφόν μου.[49] Σ. *qui profanant absconsionem meam.*[50]

פָּרִיצִים. *Tyranni.* Οʹ. ἀφυλάκτως. Ἀ. διακόπτοντες. Θ. λοιμοί.[51] Σ. *irrumpentes* (διακόψαντες).[52]

וְחִלְּלוּהָ. Οʹ. καὶ βεβηλώσουσιν αὐτά. Ἀ. (καὶ) λαϊκώσουσιν . .[53]

23. עֲשֵׂה הָרַתּוֹק. *Fac catenam.* Οʹ. καὶ ποιήσουσι φυρμόν. Ἀ. . *conclusionem.* Σ. ἐποίησαν (Σ. Θ.) καθήλωσιν.[54]

מִשְׁפַּט דָּמִים. *Judicio sanguinum.* Οʹ. λαῶν. Alia exempl. κρίσεως αἱμάτων.[55]

24. וְהֵבֵאתִי רָעֵי גוֹיִם וְיָרְשׁוּ אֶת־בָּתֵּיהֶם. *Et adducam pessimos gentium, et occupabunt domos eorum.* Οʹ. Vacat. ※ Θ. καὶ ἄξω πονηροὺς ἐθνῶν, καὶ κληρονομήσουσι τοὺς οἴκους αὐτῶν ◄.[56]

וְהִשְׁבַּתִּי גְּאוֹן. *Et cessare faciam superbiam.* Οʹ. καὶ ἀποστρέψω τὸ φρύαγμα. Ἀ. καὶ καταπαύσω τὴν ὑπερφέρειαν. Σ. . . τὴν ὑπερηφανίαν.[57]

עַזִּים. *Potentium.* Οʹ. τῆς ἰσχύος αὐτῶν. Σ. ἀνεντρόπων.[58]

25. קְפָדָה בָא וּבִקְשׁוּ. *Contractio* (horror) *venit, et quaerent.* Οʹ. [καὶ] ἐξιλασμὸς (Ἀ. Θ. συνοχή. Σ. ἀθυμία[59]) ἥξει, καὶ ζητήσει. Σ. ἀθυμίας ἐπελθούσης, ζητήσουσιν.[60]

26. הֹוָה עַל־הֹוָה. *Calamitas super calamitatem.* Οʹ. οὐαὶ ἐπὶ οὐαί. Σ. συμφορὰ ἐπὶ συμφοράν.[61]

27. הַמֶּלֶךְ יִתְאַבָּל. *Rex lugebit.* Οʹ. Vacat. ※ Ἀ. Θ. ὁ βασιλεὺς πενθήσει ◄.[62]

---

[44] Cod. Jes. Sic in textu Codd. 49, 90, Syro-hex., et sub aster. Codd. 87, 88. Codd. 22, 36, alii: καὶ προσοχθισμάτων αὐτῶν. Hieron.: "Illudque quod sequitur, *offendicula eorum*, sciamus de Theodotione additum." [45] Codd. 86, 88, teste Parsonsio: Θ. προσοχθίσματα. Σ. σίχχη αὐτῶν. De Reg. vero e Cod. 86 affert: Θ. ※ προσοχθίσματα αὐτῶν. Σ. ※ σίκχη αὐτῶν. [46] Cod. 86, teste De Reg. Hieron.: "Pro quibus Sym. interpretatus est, *nauseam*, volens idolorum sordes exprimere." [47] Codd. 86, 88. [48] Iidem. [49] Iidem. [50] Syro-hex. ܣ. ܐܝܠܝܢ ܕܡܛܢܦܝܢ ܠܡܛܫܝܬܐ ܕܝܠܝ. Pro ܠܡܛܫܝܬܐ Norberg. probabiliter corrigit ܠܡܛܫܝܢܘܬܐ, *absconsionem*, formam Lexicographis ignotam, sed quae analogiae non repugnat. Pro eodem Hebraeo Psal. lxxxii. 4 Sym. posuit τὸ ἀπόκρυφον, quod Noster vertit ܡܛܫܝܐ. [51] Codd. 86, 88. [52] Hieron.: "*Emissarii*, sive, ut LXX transtulerunt, *temere;* vel, ut Sym. et Theod., *irrumpentes*, et *pestilentes.*" Pro *irrumpentes* nonnemo tentat εἰσβάλλοντες, invito Syro nostro, qui affert: ܣ. ܡܢ ܦܣܩܘ. Cf. Ceriani ad Exod. xix. 24. [53] Cod. Jes. Cf. Hex. ad Deut. xx. 6. xxviii. 30. [54] Hieron.: "Verbum Hebraicum ARETHIC Aq. *conclusionem* [nonnemo συγκλεισμὸν], Sym. et Theod. καθήλωσιν, id est, *confixionem*, interpretati sunt." Syro-hex. affert: ܣ. ܥܒܕܘ ܣܡܘܪܐ. (Sic ܣܡܪ, καθήλωσον, Psal. cxviii. 120.) [55] Sic Comp., Codd. XII, 87, 88, et Syro-hex., qui in marg. char. med. affert: ܕܝܢܐ ܕܕܡܐ. [56] Cod. Jes. Sic in textu Comp., Ald., Codd. III, 22, 23, 26, 36, alii, et sub aster. Cod. 87, Syro-hex. Hieron.: "Et haec in LXX non habentur." [57] Montef. e Cod. Jes. edidit: Ἀ. καὶ καταπαύσω ὑπερηφανείαν. Σ. ἀνεντρέπω, consentiente Parsonsio, qui praeterea e Codd. 86, 88 affert: Ἀ. τὴν ὑπερφέρειαν. Σ. τὴν ὑπερηφανίαν. Postremo De Reg. e Cod. 86: Ἀ. Σ. τὴν ὑπερηφανείαν. [58] Syro-hex.: Σ. *inverecundorum* (ܕܠܐ ܡܬܟܚܕܝܢ), cujus loco Graecum vocabulum exquirentes, incidimus in ἀνεντρόπων, quod in Cod. Jes. sub obscura, nec Graeca quidem, lectione ἀνεντρέπω latere videtur. Glossae Graeco-Latinae dant: Ἀνέντροπος, *irreverens.* [59] Hieron.: "Juxta superiorem ordinem, recte Aq. et Theod. interpretati sunt, *angustiam;* Symmachusque *maerorem.*" Codd. 86, 88: Σ. ἀθυμία. Θ. συνοχή. [60] Syro-hex. ܣ. ܡܢ ܕܐܬܬ ܥܩܬܐ ܢܒܥܘܢ. Hieron.: "Nos autem juxta Symmachum priorem sententiam cum posteriore conjunximus, ut diceremus: *Angustia superveniente requirent pacem, et non erit.*" (In textu pro ζητήσει, ζητήσεις legunt Codd. 22, 23, 36, alii, et Syro-hex. in marg. char. med.) [61] Codd. 86, 88. [62] Cod. Jes. Sic

27. יִלְבַּשׁ שְׁמָמָה. *Induet stuporem.* Οʹ. ἐνδύσεται ἀφανισμόν. Σ. ἀφανισθήσεται ἀδημονίᾳ.[63]

וּבְמִשְׁפְּטֵיהֶם אֶשְׁפְּטֵם. *Et judiciis eorum judicabo eos.* Οʹ. καὶ ἐν τοῖς κρίμασιν αὐτῶν ἐκδικήσω (Ἀ. Σ. Θ. κρινῶ[64]) αὐτούς. Σ. καὶ ἐν τοῖς κρίμασιν αὐτῶν κρινῶ αὐτούς.[65]

CAP. VIII.

1. בַּשִּׁשִּׁי. (Mense) *sexto.* Οʹ. ἐν τῷ πέμπτῳ ÷ μηνί ↙.[1]

וַתִּפֹּל עָלַי. *Et cecidit super me.* Οʹ. καὶ ἐγένετο ἐπ' ἐμέ. Σ. καὶ ἐπέπεσέ μοι.[2]

שָׁם יַד אֲדֹנָי יֱהֹוִה. Οʹ. χεὶρ κυρίου. Alia exempl. ※ ἐκεῖ ↙ χεὶρ ἀδωναῒ κυρίου.[3]

2. דְּמוּת כְּמַרְאֵה־אֵשׁ. *Similitudo sicut species ignis.* Οʹ. ὁμοίωμα ※ ὡς εἶδος ↙ ἀνδρός.[4]

2. כְּמַרְאֵה־זֹהַר כְּעֵין הַחַשְׁמַלָה. *Sicut species fulgoris, sicut aspectus orichalci.* Οʹ. ὡς ὅρασις ἠλέκτρου. Alia exempl. ὡς ὅρασις ※ (Θ.) αὔρας, ὡς εἶδος ↙ τοῦ ἠλέκτρου.[5] Ἀ. Σ. ὡς ὅρασις φέγγους ...[6] Ἀ. ... ὡς ὀφθαλμός ..[7]

3. בְּצִיצִת רֹאשִׁי. *Per antias capitis mei.* Οʹ. τῆς κορυφῆς μου. ※ Ἀ. Θ. τοῦ κρασπέδου τῆς κορυφῆς μου.[8] Σ. (τοῦ) μαλλοῦ ...[9]

שַׁעַר הַפְּנִימִית. *Portae interioris.* Οʹ. τῆς πύλης ※ τῆς ἐσωτέρας ↙.[10]

אֲשֶׁר־שָׁם מוֹשַׁב סֵמֶל הַקִּנְאָה הַמַּקְנֶה. *Ubi* erat *sedes simulacri zelotypiae ad zelotypiam provocantis.* Οʹ. οὗ ἦν ἡ στήλη ※ Θ. τῆς εἰκόνος τοῦ ζήλους ↙ τοῦ κτωμένου.[11] Ἀ. Θ. .. καθέδρα εἰδώλου τοῦ ζήλους ..[12] Σ. οὗ ἐκεῖ ἐπεπήγει ἐκτύπωμα παραζηλώσεως ζῆλος.[13]

5. לְשַׁעַר הַמִּזְבֵּחַ סֵמֶל הַקִּנְאָה הַזֶּה בַּבִּאָה. *Ad portam arae simulacrum zelotypiae hujus in*

Comp., Ald., Codd. III, 22 (praem. καὶ), 23, 26, alii, et sub aster. Cod. 87, Syro-hex. Origen. (Opp. T. III, p. 421) a Nobilio excitatus: Τὸ, ὁ βασιλεὺς πενθήσει, συνήθως ἱστόρηται (ἠστέρισται), τάχα διὰ τὸν σωτῆρα οὐκ ἂν νομισθέντα πενθεῖν, οὐχ ἑρμηνευσάντων τῶν Οʹ τὸ ῥητὸν, ἢ μὴ εὑρηκότων τότε ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ τὴν λέξιν. (Drusius ad loc.: "Origenes: τὸ, ὁ βασιλεὺς πενθήσει, συνήθως ἱστόρηται, quod emendant ἠστέρισται, *notatum est asterisco.*" Emendatio, quae palmaria est, cuinam tribuenda sit nescimus; sed ad hunc diem in editis Origenis tacite propagata est absurda lectio ἱστόρηται, quam Latine vertunt, *narratur.*) Hieron.: "*Rex lugebit, et princeps induetur maerore,* sive juxta LXX, *interitu;* qui nescio quid volentes, hoc quod de Hebraico sermone expressimus, *rex lugebit,* omnino tacuerunt." [63] Codd. 86, 88. Syro-hex. affert: ܣܡ. ܒܫܘܡܐ ♦. Cf. ad Cap. xii. 29. (In lectione Graeca, quam concorditer testantur Parsons. et De Reg., pro ἀφανισθήσεται nescio an legendum ἀμφιασθήσεται.) [64] Codd. 86, 88. [65] Syro-hex. ܣܡ. ܘܒܡܕܝܢܝܗܘܢ ܐܕܘܢ ܐܢܘܢ ♦.

CAP. VIII. [1] Sic Cod. 87. Syro-hex. pingit: ÷ ἐν τῷ π. μηνί ↙. Montef. e Cod. Jes. affert: Ἀ. ἔτει ςʹ. μηνὶ εʹ. ἡμέρᾳ εʹ, invitis schedis Parsonsianis. [2] Hieron.: "Sym. transtulit, *incidit mihi manus Domini,* quod in Hebraico dicitur THEPHPHOL [MS. Sangerm. THEPPOL]." [3] Sic Codd. 87, 88, Syro-hex., et sine aster. Codd. XII, 22, 48, alii. [4] Sic Codd. XII, 87, 88, Syro-hex., et sine aster. Ald., Codd. 36, 49, alii, et Hieron. [5] Sic Codd. XII, 87, 88, et sine aster. (om. τοῦ) Ald., Codd. 26, 42, alii. Syro-hex. pingit: ※ ὡς ὅρασις ↙ αὔρας (ܕܚܙܘܐ ܕܐܐܪ), ὡς εἶδος ἠλ. Hieron.: "Pro *splendore,* qui in Hebraico dicitur ZOR, *auram* Theod. transtulit." [6] Cod. Jes. (non, ut Montef., φέγγουσα). Comp., Codd. 22, 23, 36, alii: ὡς ὅρ. φέγγους, ὡς εἶδος τοῦ ἠλ. [7] Cod. 86, teste De Reg. [8] Cod. Jes. Sic in textu Ald., Codd. 68, 91. Hieron.: "Pro *cincinno* LXX transtulerunt κράσπεδον, id est, *fimbriam.*" In Codd. 87, 88, et Syro-hex. scriba a καὶ ἀνέλαβέ με ad καὶ ἀνέλαβέ με invitus transiit. [9] Cod. Jes. Hesych.: Μαλλός· τὸ ἔριον· καὶ ἡ καθειμένη κόμη. [10] Sic Codd. 87, 88, et sine aster. Comp., Ald., Codd. III, XII, 22, 26, alii. [11] Cod. Jes. (Montef. exscripsit τοῦ ζήλου μου, sed in cod. est τοῦ ζήλους, teste Parsonsio.) Sic sub aster. Cod. 87, Syro-hex., et sine aster. (cum ζήλου) Codd. 22, 23, alii. Hieron.: "Hoc autem, quod in quibusdam codd. reperitur, ※ *et in statua imaginem zeli* :, de Theodotione additum est... Porro quia *zelus* et *possessio,* quod Hebraice dicitur CENA, eodem appellantur nomine, pro *statua zeli* LXX *statuam possidentis* interpretati sunt." [12] Codd. 86, 88. (Pro ζήλους Parsons. exscripsit ζήλου, repugnante De Reg.) [13] Syro-hex. ܣܡ. ܐܝܟܐ ܕܩܒܝܥ ܗܘܐ ܛܘܦܣܐ ܕܐܛܢܢܘܬܐ ܛܢܢܐ ♦. Codd. 86, 88: Σ. ἐκτύπωμα παραζηλώσεως. Praeterea ad הַמַּקְנֶה Montef. sine auctore affert: Ἄλλος· περιχόρου, pro quo Schleusner. in *Nov. Thes.* s. v. περίχωρος tentat περιχόλου, *valde biliosi.*

introitu. O΄. ἐπὶ τὴν πύλην ÷ τὴν πρὸς ἀνατολὰς ◂[14] ※ τοῦ θυσιαστηρίου ἡ εἰκὼν τοῦ ζήλους τούτου ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι αὐτήν ◂.[15] Σ. ἀπὸ τῆς πρὸς τὸ θυσιαστήριον τὸ ἐκτύπωμα τῆς παραζηλώσεως τοῦτο ἐν τῇ εἰσόδῳ.[16]

5. סֵמֶל. Ἀ. εἴδωλον. Σ. Οἱ λοιποί· ἐκτύπωμα.[17]

6. הֲרֹאֶה אַתָּה. *Videsne tu.* O΄. ἑώρακας ※ σύ ◂.[18]

אֲשֶׁר בֵּית־יִשְׂרָאֵל. O΄. Vacat. ※ Ἀ. Σ. Θ. ἃς ὁ οἶκος Ἰσραὴλ ◂.[19]

לְרָחֳקָה. *Ut longe recedam.* O΄. τοῦ ἀπέχεσθαι. Ἀ. Θ. τοῦ μακρυνθῆναι.[20]

וְעוֹד תָּשׁוּב. *Et insuper iterabis.* O΄. καὶ ἔτι. Ἀ. (καὶ ἔτι) ἐπιστρέψας. Σ. (καὶ ἔτι) πάλιν.[21]

תּוֹעֵבוֹת. *Abominationes.* O΄. ἀνομίας. Ἀ. Σ. Θ. βδελύγματα.[22]

7. וָאֶרְאֶה וְהִנֵּה חֹר־אֶחָד בַּקִּיר. *Et vidi, et ecce! foramen unum in pariete.* O΄. Vacat. ※ Θ. καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ὀπὴ μία ἐν τῷ τοίχῳ ◂.[23]

8. חֲתָר־נָא בַקִּיר. *Perfode, quaeso, parietem.* O΄. ὄρυξον ※ Ἀ. δὴ ἐν τῷ τοίχῳ ◂.[24]

9. הָרָעוֹת. *Malas.* O΄. Vacat. ※ Οἱ Γ΄. τὰς πονηράς ◂.[25]

10. כָּל־תַּבְנִית רֶמֶשׂ וּבְהֵמָה. *Omnis imago reptilium et quadrupedum.* O΄. Vacat. ※ Θ. πᾶσα ὁμοίωσις (Ἀ. ὑπόδειγμα[26]) ἑρπετοῦ καὶ κτήνους ◂.[27]

שֶׁקֶץ. *Abominandorum.* O΄. μάταια βδελύγματα. Ἀ. Σ. προσοχθίσματα.[28]

מְחֻקֶּה. *Delineata.* O΄. διαγεγραμμένα. Σ. καταγεγραμμένα.[29]

עַל־הַקִּיר. *In pariete.* O΄. ἐπ᾽ αὐτοῦ ※ Σ. Θ. τοῦ τοίχου ◂.[30]

סָבִיב סָבִיב. *Circumcirca.* O΄. κύκλῳ. Ἀ. Θ. κύκλῳ κύκλῳ. Σ. κύκλῳ ※ διόλου ◂.[31]

11. עֹמֵד בְּתוֹכָם עֹמְדִים. *Stans in medio eorum, stantes.* O΄. ἐν μέσῳ αὐτῶν εἱστήκει. Alia exempl. εἱστήκει ἐν μέσῳ αὐτῶν, εἱστήκεισαν.[32]

לִפְנֵיהֶם. O΄. πρὸ προσώπου αὐτῶν. Σ. πρὸ τῶν γραφῶν.[33]

עֲנַן־הַקְּטֹרֶת. *Nebulae suffimenti.* O΄. ※ Ἀ. Θ. τῆς νεφέλης ◂ τοῦ θυμιάματος.[34]

12. עֹשִׂים בַּחֹשֶׁךְ. *Faciunt in tenebris.* O΄. ποι-

---

[14] Obelus est in Cod. 87. Hieron.: "Pro eo quod nos posuimus: *ab aquilone portae altaris idolum zeli in ipso introitu*, LXX transtulerunt: *ab aquilone ad portam orientalem*, quod in Hebraico non habetur, cetera quae ibi scripta sunt relinquentes." [15] Sic Codd. XII (cum οὗ ἦν εἰκὼν pro ἡ εἰκών), 87, 88, et Syro-hex., et sine aster. Ald. (cum ζήλου), Codd. 49, 90, et (cum οὗ ἡ εἰκὼν τοῦ ζήλου) Codd. 22, 36, alii. Post εἰσπ. αὐτήν Codd. III, 86, alii, inferunt: τὴν βλέπουσαν πρὸς ἀνατολάς; Syro-hex. autem in marg. char. med.: τῆς βλεπούσης (ܗܝ ܕܚܙܝܐ) π. ἀ. [16] Syro-hex. ܣ. ܡܢ ܗܘ ܕܠܘܬ ܡܕܒܚܐ ܠܘܬ ܛܘܦܣܐ ܕܚܣܡܐ ܗܢܐ ܒܡܥܠܢܐ. [17] Cod. 86, teste De Reg. [18] Cod. 87, et sine aster. Cod. 62. [19] Cod. Jes. Sic in textu Comp., Ald., Codd. III, 22, 23, 26, alii, et sub aster. Codd. 87, 88, Syro-hex. [20] Codd. 86, 88. [21] Iidem. Cod. 62 in textu: καὶ ἔτι ἐπιστρέψας (ὄψει). Cf. ad v. 13. [22] Iidem. [23] Cod. Jes. Sic in textu Comp., Ald., Codd. III, 22, 23, 26, alii, et sub aster. Codd. 87, 88, Syro-hex. Hieron.: "Hoc in LXX non habetur." [24] Iidem, qui sine aster. pergunt: καὶ ὤρυξα ἐν τῷ τοίχῳ, καὶ ἰδοὺ θύρα μία. [25] Iidem. [26] Codd. 86, 88. [27] Cod. Jes. Sic in textu Comp., Ald., Codd. III, 22, 23 (cum πᾶς), 26, alii, et sub aster. Codd. 87, 88, Syro-hex. Hieron.: "Hoc autem quod posuimus: *Et ecce omnis similitudo reptilium et animantium*, in LXX non habetur." [28] Codd. 86, 88. [29] Iidem. [30] Cod. Jes. Cod. 62: ἐπ᾽ αὐτοῦ τοῦ τ. Lectio ἐπὶ τοῦ τοίχου est in Comp., Codd. 22, 23, 36, aliis, et Syro-hex. (Pro ἐπ᾽ αὐτοῦ edebatur ἐπ᾽ αὐτούς, repugnantibus Codd. II, III, 26, 42, aliis.) [31] De Reg. e Cod. 86 obscure affert: Σ. ※ διόλου ◂ κύκλῳ. Π. ἐν μέσῳ. Ἀ. Θ. κύκλῳ. Parsons. vero e Codd. 86, 88: Ἀ. Σ. (Σ. tantum Cod. 88) διόλου πάντα ἐν μέσῳ. Ubi lectio Π. ἐν μέσῳ, s. πάντα ἐν μέσῳ, quid sibi velit ignoro. Pro κύκλῳ κύκλῳ stant Codd. 62, 87, 88; pro κύκλῳ διόλου Comp., Codd. 22, 23, 36, alii, et Hieron., qui Hebraea vertit: *in circuitu per totum*. [32] Sic Codd. 87, 88, et (cum καὶ εἱστήκεισαν) Syro-hex., qui pingunt: ※ καὶ Ἰεζονίας (sic) ὁ τοῦ Σ. εἱστήκει ◂ κ.τ.ἑ. Codd. 22, 23, 36, alii: εἱστήκει ἐν μ. αὐτῶν, εἱστήκεισαν δέ. [33] Syro-hex. ܣ. ܩܕܡ ܨܘܪܬܐ. Hieron. Hebraea vertit: *ante picturas*. [34] Cod. 86, teste De Reg. Sic sub aster. Codd. 87, 88. Montef. e Cod. Jes. affert: ※ Θ. τῆς νεφέλης.

οὖσιν ÷ ὧδε ↙.[35] ※ Ἀ. Θ. ἐν τῷ σκότει ↙. Σ. (ἐν) σκοτεινῷ.[36]

12. אֵין יְהוָה רֹאֶה אֹתָנוּ. *Non est Jova videns nos.* Ο΄. οὐχ ὁρᾷ (Θ. ἐφορᾷ[37]) ὁ κύριος ※ Οἱ Γ΄. ἡμᾶς ↙.[38]

13, 15. עוֹד תָּשׁוּב. Ο΄. ἔτι ※ Ἀ. Θ. ἐπιστρέψας ↙.[39]

14. שַׁעַר בֵּית־יְהוָה. Ο΄. τῆς πύλης οἴκου κυρίου. Σ. ἐν τῇ πύλῃ τοῦ οἴκου κυρίου.[40]

אֶת־הַתַּמּוּז. Ο΄. τὸν Θαμμούζ. Ὁ Ἑβραῖος καὶ ὁ Σύρος· Θαμμούζ.[41]

15. תּוֹעֵבוֹת. Ο΄. ἐπιτηδεύματα. Οἱ Γ΄. βδελύγματα.[42]

16. בֵּין הָאוּלָם וּבֵין הַמִּזְבֵּחַ. *Inter vestibulum et altare.* Ο΄. ἀναμέσον τῶν αἰλὰμ, καὶ ἀναμέσον τοῦ θυσιαστηρίου. Σ. μεταξὺ τοῦ προπύλου καὶ τοῦ θυσιαστηρίου.[43]

הָאוּלָם. Ἀ. (juxta ed. 1mam) τῆς προστάδος. Ἀ. (juxta ed. 2dam) τοῦ αἰλάμ. Σ. τοῦ προπύλου (s. προθύρου). Θ. τοῦ αἰλάμ.[44] Ὁ Σύρος· τῆς κιγκλίδος.[45]

16. כְּעֶשְׂרִים וַחֲמִשָּׁה. Ο΄. ὡς εἴκοσι ※ Θ. καὶ πέντε ↙.[46]

אֲחֹרֵיהֶם אֶל־הֵיכַל יְהוָה. Ο΄. τὰ ὀπίσθια αὐτῶν πρὸς τὸν ναὸν τοῦ κυρίου (Σ. ἔχοντες[47]).

